



MUNDA cor meum ac lábia mea, omnípotens Deus, qui lábia Isaiae prophétæ cáculo mundásti ignito: ita me tua grata miseratióne dignáre mundáre ut sanctum Evangélium tuum, digne váleam nuntiáre. Per Christum Dóminum notrum. Amen.

Sacerdos offerens Hostiam super patenam, dicit:

SUSCIBE, sancte Pater, omnípotens æterne Deus, hanc immaculátam hóstiam, quam ego indignus fámulus tuus óffero tibi Deo meo vivo et vero, pro innumerabilibus peccátis, et offensióibus, et negligéntiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus christiánis vivis atque defunctis: ut mihi, et illis proficiat ad salútem in vitam æternam. Amen.

Offerens calicem, dicit:

OFFERIMUS tibi, Dómine, cálicem salutáris, tuam deprecántes cleméntiam: ut in conspéctu divinæ majestatis tuæ, pro nostra et totius mundi salúte cum odore suavitatis ascéndat. Amen.

IN spíitu humilitatis, et in ánimo contrítio suscipiámur a te, Dómine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus.

VENI, Sanctificátor, omnípotens, æterne Deus: et bénedictus dic hoc sacrificium tuo sancto nómini præparátum.

SUSCIBE, sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offérimus ob memoriá passiónis, resurrectionis, et ascensiónis Jesu Christi Dómini nostri: et in honórem beatæ Mariæ semper Virginis et beati Joánnes Baptistæ, et sanctórum Apostolórum Petri et Pauli, et istórum, et ómnium Sanctórum: ut illis proficiat ad honórem, nobis autem ad salútem: et illi pro nobis intercédere dignéntur in cælis, quorum memoriá agimus in terris. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen

© Laudate Dominum



Accipiens in manibus Hostiam, dicit:

QUI prídie quam paterétur, accépit panem in sanctas, ac venerábiles manus suas, et eleváti oculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipoténtem, tibi grátias agens, bene ✕ dixit, fregit, deditque discípulis suis, dicens: Accípite, et manducáte ex hoc omnes.

HOC EST ENIM CORPUS MEUM.

SIMILI modo, postquam cœnatum est, accipiens et hunc præclárum Cálicem in sanctas ac venerábilis manus suas: item tibi grátias agens, bene ✕ dixit, deditque discípulis suis, dicens: Accípte, et bibite ex eo omnes,

**HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI, NOVI
ET ÆTERNI TESTAMENTI: MYSTERIUM
FIDEI: QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS
EFFUNDETUR IN REMISSIONEM
PECCATORUM.**

Hac quotiescunque feceritis, in mei memoriá faciéatis.

© Laudate Dominum



Particulam Hostie imponit in Calicem, dicens secreto:

HÆC commixtio, et consecratió Córporis et Sanguinis Dómini nostri Jesu Christi, fiat accipiéntibus nobis in vitam æternam. Amen.

Ante sumptionem Sacramenti inclinatus dicit:

DOMINE Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spíitu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti: libera me per hoc sacrosánctum Corpus et Sanguinem tuum ab ómnibus iniquitatibus meis, et univérsis malis: et fac me tuis semper inhærere mandátis, et a te numquā separari permittas. Qui cum eódem Deo Patre et Spíitu Sancto vivis et regnas Deus in sǽcula sǽculórum. Amen.

PERCEPTIO Córporis tui, Dómine Jesu Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi provéniat in judicium et condemnationem: sed pro tua pietate, prosit mihi ad tutaméntum mentis et córporis, et ad medélam percipiédam. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. Amen.

In fine missæ ante benedictionem dicit:

PLACEAT tibi, sancta Trinitas, obséquium servitútis meæ: et præsta: ut sacrificium, quod oculus tuæ majestatis indignus obtuli, tibi sit acceptáble, milíque et ómnibus, pro quibus illud obtuli, sit, te miserante, propitiáble. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

© Laudate Dominum